Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift





Que nam est dextera filii dei nisi beatitu
do indeficiens. et omni iocunditate perf
fluens eterni regni. Sedet ergo beatissima mater
ad filii sui dexteram. super omnem angelicę dig
nitatis eminentiam. preces ut lacrimas miserorum
dignanter suscipiens. et eas piissimi filii sui
auribus clementer ingerens. Unde bene hic
subditur. Dixitque ei. Peticionem unam paruu
lam ego deprecor a te. ne confundas faciem
meam. Dicit beatissima uirgo filio suo. in
mundi termino. intercedens pro populo iudaico.
Peticionem unam paruulam. in intercessione unius
populi. comparatione totius mundi. ego mater
mie. deprecor a te. deo et homine. ac proinde
dei et mei filio. pro salute peccatorum de me
incarnato. Ne confundas faciem meam.
quia me dignatus es eligere in matrem tuam.
Dignatus enim nasci pro peccatoribus. factus
es filius meus. idoque me matrem tuam clementer
debes audire pro peccatoribus. Dixitque ei rex.
Pete mater mi. neque enim fas est ut auertam
faciem tuam. Dicit filius dei. sanctissime et pi
issime sue genitrici. Pete mater mi. quia id
circo te mihi matrem elegi. idcirco de te car
nem assumpsi. idcirco te ad dexteram meam
collocaui. ut tu pro miseris apud me inter
uenias. ut miserorum uota tu mihi suggeras.
Neque enim fas est ut auertam faciem tuam. mihi
pre omnibus speciosam electam et dilectam. de
cuius uisceribus incarnatus. cuius uberibus dulciter
et amabiliter sum lactatus. Que ait. Detur
abysac sunamitis adonie fratri tuo uxor.
Dicit clementissima uirgo. xpo domino filio suo.
Populo iudaico fratri tuo. quia meo consangui
neo. uera sapientia in coniugium detur. per quam
ipse a mundi et carnis concupiscentia mor
tificetur. de qua ei uirtutum soboles genero
sa in hereditatem celestis regni procreetur.
Rex salemon matri sue responsum tribuit.
cum filius dei piissime sue genitrici
in saluatione populi iudaici clementer
annuit. Quare inquit dulcissima mater.
solius sapientie participationem populo iudai
co postulas. cum ei simul et regni heredi
tatem postulare debeas. Consequens est
enim. ut regni hereditatem consequatur. quia
per ueram sapientiam a mundi et carnis con
cupiscentia mortificatur. Ipse est enim fra
tres. quia tuus est consanguineus. Maior me.
temporis antiquitate. pro assumpte ex te
humanitatis conditione. Habet abia
thar sacerdotem et ioab filium saruie.
quorum utique sauli adumbratur imagine.
qui populum iudaicum quondam in sue perfi
die fouebat errore. et eum quandoque in
uere fidei fouebit institutione. Iurauit
itaque rex salemon per dominum dicens. Hec
faciat mihi deus. et hec addat. quia contra
animam suam locutus est adonias uerbum
hoc. Rex salemon per dominum iurat. cum
filius dei. dominum patrem. pro salute populi iudaici
interpellat. Hec inquit mihi deus faciat.
scilicet deus pater per illud sacrificium uespe
rtinum. quod ei pro salute totius mundi in cruce
obtuli. ubi cum et iam pro populo iudaico ex
oraui. ne illud mee supplicationis sa
crificium pereat. cecitatem populi iudaici cle
menter auertat. Hec mihi deus addat. scilicet
deus pater. per iudeorum reconciliationem. gentium
plenitudinem. ad sui nominis cogniti
onem adducat. Quia contra animam suam
locutus est adonias uerbum hoc. scilicet
contra illam diutinam animositatem sue
perfidie. populus iudaicus uerbum hoc protu
lit uere fidei et penitentie. Et nunc iu
uit dominus. quia deus pater. per meam passionem
est in mundo clarificatus. Qui me fir
mauit. qui me in assumpta huma
nitate. ad passionis tolerantiam ro
borauit. Qui me super solium dauid